1392 Sabbatho post Dominicam Conductus Paschae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

30 | 1r

Stadnicki Zielonka Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premy-
slien. Gnosus Hieronimus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Belzen. sanus mente et
1141 corpore existens, à Termis Iudicialibus durantibus Iuridicis ordinariis suis quibusvis propriis et com
petentibus recedendo, praesentis vero Castren. Capitaneal. Premyslien. Iurisdictioni quoad actum
hunc duntaxat seque Successoresque suos ac bona sua quaelibet omnia totaliter et plenarie incorpo:
rando atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse
Gnosum Ioannem Zielonka et ipsius successores de Scripto certo manuali super
Summam Novem decem Millium et Sex centorum flor. Polon. sibi Recognoscenti
per ipsum conscripto dato manu illius propria subscripto et Actis Officij praesen:
tis ad terrenensium firmato et roborato de actu et data illius sic Premyslie
Feria Secunda post Dominicam Ramis palmarum Quadragesimalem proxima
Anno ~~[struck out]~~ praesenti, tum et de eadem ipsa Scripti praefati manualis Roboratio:
ne Summaque suprascripta Novem decem Millium et Sex centorum flor.
Polon. ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti praestitam satisfactio
nem Summaeque eiusdem realem et effectualem per manus praefati Gnosi Zie
lonka persolutionem Quietat, emittit, dimittit liberumque et absolutum perpe
tuo pronunciat; Scriptum praefatum manuale cum eius Inscriptione Roboratione in
toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat, sibi suisque posteris ratione praefata
perpetuum imponendo silentium.

Bylickie atque Trebinski mutuo

Sese

Se se Quietant et Unus Statuet 1393

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus

Capitanealibus Premysliensibus Generosi Architas(?) Constantinus Bylicki

et Marianna Brzeska Coniuges legitimi ab Una, et Zachariel(?) Trzebinski

parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes à Venis Dominis

Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo fori 1144

vero Castrensis Capitanealis Premysliensis quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus

ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam

libere publiceque ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum recognovit praesertim Vero

Generosa Bylicka Consors cum eiusdem mariti sui Maritali Coniugalis perso-

nali assistentia, et libero ad infrascripta recognoscenda consensu recognovit

Quia ipsi et quidem Generosus Trzebinski suo et Generosae Cristinae Klinopacka

Consortis suae legitimae pro Cuius rati habitione Cavet et se personaliter inscribit

nominibus se se mutuo et vicissim, Ipsa pars altera cum [illegible] Uniusque partis

nomine Interiusa certa inter se Recognoscere et Praefatae Generosae Trzebinska Uni-

us Recognoscere Consortis, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Interiu-

sa contentarum de acto et data illius hic Premysliis Feria Quinta post Domi-

nicam Misericordiae proxima Anno Domini Millesimo Sexcente-

simo Sexagesimo Terno(?) praemencionatis confectis conscriptis, et Subscriptis Actisque

Officij praesentis Cum interpositione Vadij Summae Trecentarum Florenorum Solemniter

Vadio benevoliter firmatis et roboratis, eiusque Inscriptione Roborationis, ob plena-

riam et sufficientem sibi Recognoscentis ab Utrinque parte satisfactionem,

Quietant eximunt, et liberant, liberosque et absolutos se se pronunciant

Interiusam eandem cum eius Inscriptione Roborationis in toto et per omnia

Cassant mortificant et annihilant, Sibi suisque posteris ratione praemissorum

perpetuum imponendo silentium. Nihilominus Unus Recognoscentium nempe

supra scriptus Generosus Trzebinski debitis et [illegible] pro se ac suos succes-

sores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque quibusvis pecuniarijs habitis

et habendis eidem Generoso Constantino Bylicki et Mariannae Brzeska Coniugibus

Unius eorumque posteris Societatem Generosae Cristinae Klinopacka Consortis suae Unia[illegible]

1344 ac approbando per ipsam Inscriptionem praesentem Quietatoriam aut similem
aliam suo pro interesse faciendo ad Acta quaevis aut Sententia Regni Viri et
voluit proprietarie in se ... infra decursum Duodecem Septimana
rum adhibuere, et personaliter statuere, abeaque Ut praemissa debite
exequantur efficere, Idque sub Vadio Summae [illegible] florenorum Polon.
per eundem Recognitem aut eius successores praenominato Dno Bylicki
sive illius posteris ob non statuitionem eiusdem Consortis suae ad exequenda
praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo,
Quoque quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succo ac poena aliqua
[illegible] ex praemissis non completa complenda, ac supra scripta Dna
Consorte sua non statuta statuenda Citatus existens memoratus Dnus
Andreas Constantinus Bylicki aut eius successores, Ad Instantiam Dni
Laurentii [illegible] aut ipsius posteros, ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense Ex tunc recessu supra scripto, quolibet respondendum spectabit
mediante semper in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare
iuri parere respondere Vadiumque praefatum luere, Inscriptioni praesenti
satisfacere ac omnem Iustitiam pati debebit et tenebitur, seque ac suos succes
sores ad easdem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum
peremptorium Ut et alios omnes ex inde consequentes Causae eiusdem Terminos
semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Succes. legatione intra
Vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta ad [illegible] Vel aliis quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non adferendo ad quietationem praesentem ultra
quaevis Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationes aliaque non reci
piendo nullasque motiones appellationes ac eam praescriptiones faciendo ac praemissa
omnia praemissa simpliciter Vel implicatis Evictionibus Suspensionibus fatalijs Unius
praescriptione Terrestri bello Commenariijs ac aliis omnibus Juris remedijs et defensis non
subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Idque sua praesenti personali Recognitione
ad praemissa omnia et singula mediante.

Byliccij Charczewskiem Obligant

Comparentes